

hostie lex vna erit. Ad sacerdotē qui eā
obtulit pertinebit. Sacerdos qui of-
fert holocausti viciniam habebit pellē
eius. Et omne sacrificium simile quod co-
quitur in cibano et quicquid in craticu-
la vel in sarragine preparatur eius erit
sacerdotis a quo offertur: siue oleo con-
spersa siue arida fuerint. Cunctis filiis
aaron mensura equa per singulos diuide-
tur. Hec est lex hostie pacificorum que of-
fertur domino. Si per gratiarum actione
oblato fuerit: offerent panes absque fer-
mento: conspersos oleo et lagana azymi
vincta oleo: coctamque simulam et collyri-
das olei admixtione conspersas: panes
quoque fermentatos cum hostia gratiaz
que immolatur pro pacificis: et quibus
vnus pro primitiis offertur domino: et erit sa-
cerdotis qui funder hostie sanguinem.
Cuius carnes eadem comedent die: nec
remanebit ex eis quicquam mane. Si
voto vel sponte quispiam obtulerit hosti-
am eadem similiter edetur die. Sed et si
quid in craticulo remanserit vesca licitum
est. Quicquid autem terram inuenerit di-
es: ignis absumet. Si quis de carnibus
victime pacificorum die tertio comederit:
irrita fiet eius oblatio nec proderit offerē-
ti: quin potius quecumque anima tali se-
dulio comminauerit: preuaricationis
rea erit. Caro que aliquid tetigerit im-
mundum non comeditur: sed comburetur
igni. Qui fuerit mundus vescetur ex ea.
Anima polluta que ederet de carnibus
hostie pacificorum que oblata est domino per-
ibit de populis suis: et que tetigerit im-
mundiciam hominis vel iumentum siue omnis
rei que polluere potest: et comederit de hu-
iusmodi carnibus: interibit de popu-
lis suis. Locutusque est dominus ad moysen
dicens: Loquere filiis israel. Adipem ovium et
bouis capre non comedetis. Adipem cada-
ueris mortuini et eius animalis quod a bestia
captum est: habebitis in varios usus. Si
quis adipem qui offerri debet in incensu

domini comederit: pibit de populo suo. San-
guinem quoque omnis animalis non sumetis
in cibo: nam de animalibus que de pecoribus.
Quis autem ederet sanguinem pibit de populis suis.
Locutusque est dominus ad moysen dicens: Lo-
quere filiis israel dicens: Qui offert victimam
pacificorum domino offerat simul sacrificium: i-
libameta eius. Tenebit manibus adipem
hostie et pectusculum. Cumque ambo oblata
domino consecrauerit: tradet sacerdoti: qui
adolebit adipem super altare: pectusculum
autem erit aaron et filiorum eius. Armus quoque
dexter de pacificorum hostiis: cedit in pri-
mitias sacerdotis. Qui obtulerit sangui-
nem et adipem filiorum aaron: ipse habe-
bit et armus dexterum in portione sua. Pectus-
culum enim elevationis et armus separa-
tionis tui a filiis israel de hostiis eorum pa-
cificis: et tedi aaron sacerdoti et filijs eius?
lege perpetua ab omni populo israel. Hec est
vinctio aaron et filiorum eius in ceremonijs
domini: die quo obtulit eos moyses ut sa-
cerdotio fungerent: et que precepit eis dari
dominus a filiis israel religione perpetua in ge-
nerationibus suis. Ista est lex holocausti
et sacrificij pro peccato atque delicto: et pro con-
secratione et pacificorum victimis: quam con-
stituit dominus moysi in monte sinai quan-
do mandauit filiis israel ut offerret ob-
lationes suas domino in deserto sinai.

Locutusque est dominus ad moysen
cum filiis suis: vestes eorum et
vinctiois oleum: vitulum pro peccato: duo
os arietes: canistrum cum azymis: et con-
gregabis omnem cetum israel ad ostium
tabernaculi. Fecit moyses ut dominus
imperauerat: congregataque omni tur-
ba ante fores tabernaculi ait. Iste est ser-
mo quem iussit dominus fieri. Statimque
obtulit aaron et filios eius. Cumque la-
uisset eos: vestiuit pontificem subuicu-
la linea: accingens eum baltheo: et indu-
ens eum tunica hyacinthina: et desuper
bumerale imposuit: quod astringens